



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCXXIII. Die Markgrafen Otto und Konrad gewähren den Bürgern der Stadt  
Görzke das Privilegium, nur von ihrem eigenen Schulzen gerichtet zu  
werden, am 15. Juli 1283.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Stirie, Domini Carniole, Marchie et Portus Naonis, Comites in Habsburg et in Kiburg ac Landgravii Alfatie et cum ipsis meliores terrarum suarum — Nosque humiliter exorabant, quatenus confirmare dignaremur litteras datas fauorabiliter predictis terris ab antiquis gentilibus Romanorum Imperatoribus et Regibus ob magna eorum beneficia ipsisque desuper acquirere Confirmationem Principum Electorum. — Hoc fecimus — de voluntate et adfensu Principum Electorum, Quorum nomina sunt hec: Wencefflaus Rex Bohemie, Weichardus Archiepiscopus Moguntinensis, Seyfridus Archiepiscopus Colonienfis, Henricus Archiepiscopus Treuerensis, Albertus et Johannes duces Saxonie, Otto Marchio Brandenburgensis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni et dux Bavarie — Datum in Rhinfeldia — undecima die mensis Junii, Anno Nativitatis Christi Millefimo ducentesimo octuagesimo tertio, Regni nostri anno decimo.

*Volständig in Königs Reichs-Archiv (S. VII.) Part. spec. Cont. I. Thl. II, S. 9.*

CCXXIII. Die Markgrafen Otto und Konrad gewähren den Bürgern der Stadt Göryke das Privilegium, nur von ihrem eigenen Schulzen gerichtet zu werden, am 15. Juli 1283.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses. Recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod civitati nostri Gorzek et civibus nostris honestis in ea commanentibus huiusmodi gratiam et libertatem donavimus, quam ceteris nostris civitatibus, quod nos, consiliarius noster Advocati nostri, officiales nostri, familia nostra vel quicumque alii fuerint in eadem civitate nostra, nullam iurisdictionem aut violenciam debeant exercere. Itaque si nos vel consiliarius noster, advocati, officiales nostri et familia nostra vel quicumque alii fuerint, qui adversus cives nostros, in dicta civitate nostra commanentes, habuerint aliquid proponere, id Scultetus tenebitur iudicare sententiis scabinorum. In cuius rei evidens testimonium et cautelam prefens scriptum scribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri cum testium subscriptione, quorum nomina sunt hec: Johannes et Buffo Niger de Irekefleue, Bernhardus et Henricus de Wardenberg, Conradus de Schnetlinge milites et quam plures alii fide digni Actum et datum Tangermunde, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXIII<sup>o</sup>. Idibus Julii.

*Aus einer vom Professor Seffter angefertigten Abschrift des Originals im rathshausl. Archive zu Brandenburg.*

CCXXIV. Markgraf Otto nimmt die durch seine Länder reisenden Hamburger, auf Bitten der Bürger zu Salzwedel, in sein Geleit, am 25. Juli (1283?)

Otto, Dei gratia marchio Brandenburgensis, viris prudentibus ac discretis, consilio et communi in Hamburg, salutem et omne bonum. Vniuersitati uestre patefieri cupientes, quod ad instantiam nostrorum ciuium in Salzwedele, conciuues uestre ciuitatis